omissis verò veniam spero, vel si fas est, reposco. Tu saltem hæc qualiacunque etiam sunt, tam benevola quam prompta manu accipe, tuos ad usus quando lubet, adhibe, adeoque ad proximi sanitatem tuendam, prudenter impende.

SECTIO V.

De

SPECIEBUS ET PULVERIBUS.

SPEC. DIASOLIS.

℞.	*Corn. Cervi & Alcis Spagyricè calcinator.*	
	Terræ Sigillatæ	ana Drach. js.
	Lap. Bezoar. or.	Drach. j.
	Diaphoret. mineral.	
	Bezoart. Jovial.	ana Scr. ij.
	Mag. Perlarum or.	
	Corallor. rub.	
	Succini alb. præp.	ana Drach. s.
	Unicorn. Solaris	
	Animalis	
	Oss. de Corde Cervi	ana Scr. j.
	Galla Moschat. vera	Gr. xj.
	Ol. cinamomi	
	Citri	ana Scr. s.

Misce & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

IN omnibus Epidemicis & Pestilentialibus morbis, Erysipelate, Venenis haustis; nec non in Asthmate vel periculosissimis Pectoris angustiis, arcanum est: Cor

enim tuentur à labe veneni, & ab illo omnia noxia per sudor exempellunt, ejusque vitiis mirè opitulantur. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. in aq. Card. Benedict. Flor. Sambuci, Theriacali vel aliis appropriatis.

PULVIS BEZOARTICUS imperialis.

℞. *Corn. Alcis & Cervi Spagyricè calcinatorum* ana Drach. iij.
Boli rub. or. præp.
Bezoart. Jovial. ana Drach. ij.
Lap. Bezoar. or.
Terræ sigillat. ana Drach. js.
Flor. Sulphuris comp.
Unicorn. animal. ana Drach. j.
Mag. Perlar. or.
Corallor. rub. ana Drach. s.
Cinnab. nativ. præp.
Oss. de corde Cervi
Succini alb. præp. ana Scr. j.
Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

IN omnibus morbis peracutis, Febribus ardentibus, malignis & Epidemiis, &c. Diaphoreticum insigne est: Omnes enim venenosos & vitiosos humores, à corde & cæteris membris principalibus, per sudorem egregiè pellit. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. in aquis appropriatis sudoriferis, vel in aq. seu decocto rasuræ cornu Cervi.

SPEC. DIALUNÆ.

℞. *Rad. & Sem. Pæoniæ debito tempore collect.*
Corn. Alcis Spagyricè calcinat.

Mag.

Mag. Cranei ana Unc. s.
Animæ Lunæ veræ in form. pulv.
Bezoart. Lunaris ana Drach. iiij.
Cinnab. nativæ præp.
Visci quercini
Squillæ præp. ana Drach. ij.
Secundinæ exsic. mulieris primiparæ filium enixæ
Stercoris Pavonis præp. ana Drach. js.
Sal. Perlarum orient.
Corallorum rub. ana Drach. j.
Castorei veri
Piperis longi
Cubebarum ana Scr. j.
Moschi laudatiss.
Ambræ gris. ana Scr. s.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus, cui adde:

Ol. *Cornu Cervi rectif.*
Succini albi
Nuc. Moschat.
Rutæ. ana Scr. s.

Denuò misce & ad usum repone.

Vires, Usus, Dosis.

MIraculosè Lunaticis, Epilepticis seu Comitialibus, Vertiginosis, Lethargicis, Subethicis, Congelatis, malisque cerebri frigidis conferunt, & illis, quibus tumultuosa insomnia obversantur & incertis timoribus corripiuntur, succurrunt. Dosis in curatione à Scr. j. ad Drach. s. in aq. Epileptica seu Apoplectica nostra vel alia coveniente, in ipso paroxismo. In præservatione autem datur in omnibus lunæ quadris & in omni humida & minus constanti aëris tempestate à Scr. s. ad Scr. j. in aquis supra dictis.

PULVIS EPILEPTICUS MIRABILIS.

℞. *Cranei hominis Strangulati & sine igne cal-*
cinat. Unc. j.
Visci quercini
Cinnabaris factit.
Ung. Alcis. ana Unc. s.

Misce & fiat Pulvis, cujus Scr. s. pueris statim post paroxismum datur, adultis verò Scr. j. iteretur, certissimè liberat.

PULVIS OPHTALMICUS.

℞. *Sachari cand. alb.*
Tutiæ præp. ana Drach. ij.
Margaritæ præp.
Sarcocollæ ana Drach. s.
Fabarum marin. præp. Scr. j.

Misc. & fiat pulvis ocularis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

HIc pulvis in multis oculorum affectibus mihi valdè secretus est: Imprimis autem hebetibus oculis & eorum maculis medetur, & nubeculas detergit, nec non aquam eò defluentem absumit. Visum acuit. Claritatem facit. Sanitatem oculorum conservat. Tempore autem usus, exigua pars hujus pulveris ex canaliculo pennæ in oculos manè & vesperi instillatur, vel collyriis admiscetur.

SPEC. DIAMARTIS.

℞. *Rad. Tormentillæ*
Nuc. Moschatæ
Gallar. Turc. ana Unc. s.
Mag. Corallorum rub. berberisat. nost.
Croci Hamatit.

Croc

Croci Martis per calcinat. fact.
ana Drach. iij.

Zedoariæ electæ
Calami aromatici
Succini alb. præp.
Quinq; folii radic.
Cæryophyllorum ana Drach. ij.
Ciner. Spongiæ
Boli rub. or. præp.
Terræ Sigillatæ
Acaciæ ana Drach. js.
Sem. Plantaginis
Antheræ Rosarum ana Scr. iij.
Corn. Cervi & Oss. Microcosmi Hermeticè calcinator. ana Drach. j.
Aluminis plumosi calcinat.
Animæ vitrioli ana Drach. s.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

STomachi mollitiem corrigunt, & Dysentericis, Cæliacis, purulenta & sanguinem excreantibus mirabiliter auxiliantur. Gomorrhæ, Hæmorrhoidibus, urinæ incontinentiæ lotioque cruento medentur. Fæminarum menstruam purgationem perfectissimè morantur & inhibent. Hæmorrhagiam variam & sanguinem denique undecunque emanantem, sistunt & supprimunt. Dosis à Scr. j. & Drach. s. ad Drach. j. in convenienti liquore.

SPEC. DIAMERCURII.

℞. *Sem. Cinæ opt.* Drach. xiij
Mercurii dulcis Drach. v.
Rhabarb. elect.

Rad. Turbith. gum.
Corallinæ ana Drach. ij.
Raſ. Cornu Cervi
Myrrhæ rub. ana Drach. j.
Sum. Centaurii min.
Tanaceti
Camphoræ veræ ana Scr. j.
Ol. Lig. Avellan. per deſcenſum diſtillat.
Sp. Vitrioli opt. ana Scr. s.

Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Uſus, Doſis.

EXhibentur vermibus ſeu lumbricis ſcatentibus lum decreſcente à Scr. j. ad Drach. s. & Drach. j. pro ætatis ratione in lacte, quod unà cum pulvere ſume, tum illis, non nutrimentum, ſed venenum erit; Mercurius quoq; dulcis eis maximè peſtis eſt: Simul enim interficit lumbricos & fomitem eorum per ſeceſſum expellit. Propterea eſt Medicina experta, adverſus omne genus Vermium. Offertur etiam in aq. Abſinthii Centaurii min. Tanaceti, Urticæ. Item in oxymelle Squillitico, Melle deſpumato, Syr. Acetoſ. Citri, Hydromelle, aut in alia quavis materia, qua pueri magis delectantur.

SPEC. DIAJOVIS.

℞. *Facul. rad. Bryoniæ* Unc. s.
Sal. Jovis Anglici
Matris Perlar.
Corallor. rub. ana Drach. iij.
Rad. Dictamini alb.
Pæoniæ ana Drach. ij.
Succini albi præp.
Croci orientalis

Vſu

Visci quercini	
Antophyllor.	ana Drach. j.
Castorei veri	Scr. j.

Misce & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

IN vehementissima & desperatissima suffocatione & strangulatione Uteri, medicamentum est benedictum, & tanquam donum Mulieribus à Deo cælitus demissum: Non enim sine admiratione hunc atrocissimum affectum tollit. Pro quo divino auxilio nomen Domini sit benedictum. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. tribus aut quatuor auroris continuis vel tempore necessitatis, in aq. Hysterica nost. vel aliis vehiculis appropriatis.

SPEC. DIAVENERIS.

℞. *Sulph. Vitrioli Veneris sublimati & Spagyricè præparat.*	Unc. s.
Borracis venet.	Drach. ij.
Sem. Linguæ avis	
Erucæ	ana Drach. ij.
Pastinacæ	
Urticæ	
Porri	ana Drach. js.
Rad. Pyrethri	
Piperis albi	
Boleti Cervini	ana Scr. iiij.
Galangæ min.	
Zingibetis alb.	
Cinamomi	ana Drach. j.
Scinc. marin. præp.	
Mag. Perlarum or.	
Croci orient	ana Drach. s.

Cantharid. abscissis gelis & alis tenuioribus

Ambræ griseæ ana Scr. j.
Moschi optimi
Ol. Macis ana Scr. s.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus, cui Sacharis candi albi Unc. j. immisce, & ad usum repone.

Vires, Usus, Dosis.

Contra actus venerei defectum efficacissimum, immò omnium validissimum & extremum experimentum est: Propterea qui amicæ suæ placere cupit, & se virum strenuum vult probare, capiat post cænam, vel si statim effectum quærit, eundo cubitum, aut si successivè operari debet, manè à Scr. j. ad Scr. ij. & Drach. j. in lacte tepido vel vino generoso. Præparantur etiam sine cantharidibus.

SPEC. DIASATURNI.

℞. *Mag. Saturni* Unc. j.
Suc. Glycyrrhiz purgat.
Lact. Sulphuris comp.
Rad. China elect. ana Drach. iij.
Sal Marguritar. orient.
Corallorum rubeorum
Panis triticei ana Drach. ij.
Boli rub. orient. præp.
Bentzoin sublimati
Olibani ana Drach. j.
Croci orientalis
Cassiæ ligneæ ana Drach. s.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus, cui adde: Sachari candi albi Unc. iij. & pulverem & benè mixtum ad usum reserva.

Vires,

Vires, Usus, Dosis.

NEscio, quibus verbis hanc incomparabilem compositionem extollam! Phthisis enim, quæ aliàs humana manu curari non potest, curatur sæpe hac Medicina. Dosis manè, & vesperi à Drach. s. ad Drach. j. in aq. nostra specificâ contra Phthisin, vel in aliis vehiculis appropriatis.

SPEC. DIASULPHURIS.

℞. *Lact. & flor. Sulphuris comp.* ana Unc. js.
Suc. Glycyrrhiz. purgat.
Cardamomi min.
Terræ Sigillat. ana Drach. vj.
Sem. Urticæ Rom.
Cydoneorum
Cinamomi acut.
Zingiberis albi
Nuc. Moschatæ
Croci oriental.
Piperis longi.
Macis ana Drach. iij.
Tragacanth. alb.
Rad. Ireos florent.
Flor. Papav. errat.
Mastichis electi
Crem. Tartari ana Drach. js.

Misc. & fiat pulvis, cui adde: Ol. Hyssopi, Fæniculi, Salviæ, Anisi, Chamomillæ Rom. ana Scr. j. & ad usum repone.

Vires, Usus, Dosis.

TUssi diuturnæ, difficultati Spiritus & Asthmati chronico succurrunt. Humores in pectore diversos & cras-

crassos incidunt & extenuant. Præservant & curant absque omni alia Medicina, Phthisin, Ariduram, Pleuritidem, omnesque putrefactiones, & Apostemata, & in affectibus thoracis miranda præstant, vocisque jactiuram semper resarciunt. Consumunt etiam & exsiccant fluxus capitis, & pravos humores in corpore existentes, è quibus Podagra, Ischiada, & Arthritici dolores existere solent. Prophylacticon est in Epilepsia, Apoplexia, Lepra, Lue Venerea, Convulsione nervorum, Colica, Hydrope, &c. Dosis à Scr. j. & Drach. s. ad Drach. j. manè & vesperi in vehiculo convenienti. In Hydrope autem offeruntur cum ana Mag. Croci Martis, corpore prius evacuato, & neminem fallunt. In affectibûs thoracis utimur in forma Trageæ, addito Sacharo cando albo, vel cum Syrupis pectoralibus mixtis in forma Electuarii seu Lambitivi.

PULVIS REFECTIVUS.

℞. *Sachari candi in Syr. Violar. concreti.* Unc. j.
Lact. Sulphuris Unc. s.
Flor. Sulphuris comp.
Conf. Alkermes ana Drach. ij.
Mag. Perlar. orient.
Corallor. rub.
Saturni ana Drach. j.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

VIres reficit. Cor & totam naturam confortat. Multum nutrit & impinguat. Fluxus Capitis exsiccat. Cerebrum roborat. Tussim sedat. Asthma, Phthisin & Tabem curat. Dosis Scr. j. in aq. Pulmonis Vituli, vel Caponis, vel alia specifica. Vel miscetur tantum

tum pulveris, ut vehiculum quasi albicante colore tingatur; de quo liquore mixto, Dosis manè & vesperi Cochl. j. vel duo.

PULVIS EXCELLENS CONTRA tussim infantum.

℞.	*Sachari penidii*	Unc. iij.
	Spec. Diatragacant. frig.	
	Dia Ireos simpl.	ana Unc. s.
	Rad. Peoniæ	Drach. ij.
	Suc. Glycyrrhiz. ext.	Drach. j.
	Lact. Sulphuris	
	Croci orient.	ana Scr. ij.
	Cranei humani s. igne calc.	
	Sem. Papaveris alb.	ana Scr. j.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

SPEC. DIAVITRIOLI.

℞.	*Galangæ min.*	Unc. j.
	Mag. Vitrioli	
	Rad. Acori aquat.	ana Unc. s.
	Piperis longi	
	Sem. Ameos	
	Zedoariæ	ana Drach. ij.
	Cinamomi acut.	
	Calami aromat.	
	Macis	ana Drach. js.
	Cardamomi min.	
	Zingiberis albi	
	Caryophyllorum	ana Drach. j.
	Croci orient.	
	Spicæ Indic.	
	Lig. Aloes	ana Drach. s.
	Moschi laudatiss.	

Am-

Ambræ grif. ana Scr. s.

Miſce & f. pulvis.

Vires, Uſus, Doſis.

EST Medicina ſalubria ad frigidam humoroſitatem ventriculi & putrefactionem in partibus ejus: Obi phlegma digerunt. Digeſtionem & concoctionem ju vant. Nauſeam & vomitum ſedant. Calorem naturalem conſervant, & membra nutritionis calefaciunt Flatus craſſos diſſipant, & acidos ructus compeſcunt Exſolutis & Jecineroſis auxiliantur. Convaleſcentibus ac è diuturno morbo emergentibus proſunt. Fætorem oris & naſi, qui per conſenſum à Stomacho oritur, emendant & gigni prohibent. Doſis à Scr.s. ad Scr.j & Drach. s. vel addito Sacharo fiat Tragea. Nota Hæ & aliæ compoſitiones, Moſchum in nimia quantitate recipientes, poſſunt etiam ſine eodem parari.

SPEC. DIACINNABARIS.

℞.	*Cinnabaris nativ. præp.*	Unc. s.
	Lap. Stellaris præp.	
	Corn. Alcis Spagyricè calc.	ana Drach. iij.
	Raſ. Cranei partis ant.	
	Viſci quercini	ana Drach. ij.
	Rad. & Sem. Pæonia	ana Drach. js.
	Spec. Diamoſchi dulc.	
	Diambræ	ana Drach. j.
	Mag. Perlarum orient.	
	Corallorum rub.	ana Drach. s.
	Croci orientalis	
	Ol. Succini albi	ana Scr. j.
	Fol. Auri	No. xiij.

Miſce & fiat omnium pulvis.

Vires,

Vires, Usus, Dosis.

MIram vim & efficaciam habent in Epilepsia & omnibus aliis morborum capitis periculosorum generibus, suntque tam certissimum, quam secretissimum experimentum, quô Deo aspirante innumeros cæterorum Medicinæ incurabiles hactenus, quantumvis eorum non paucos ad 9. 10. 12. immò 18. plures que annos tali abominabili affectu laborantes, pristinæ sanitati perfectè feliciterque restituimus. Dosis in curatione à Scr. j. ad Drach. s. & Scr. ij. plus minusvè pro ætatis & virium patientis discrimine in vehiculis appropriatis & specificis omnique manè reiterandis, usque dum integram consequatur sanitatem.

SPEC. DIANITRI.

℞. *Cryst. Nitri cum Sp. Vini & Vitrioli prep.*	Unc. j.
Sal. Lap. Percarum pisc.	
Oculor. Cancri	
Succini alb.	ana Drach. ij.
Rad. Filipendulæ.	
Glycyrrhizæ	ana Drach. js.
Sem. Urticæ min.	
Lappæ major.	
Saxifragiæ	
Milii Solis	
Genistæ	ana Drach. j.
Bac. Lauri excort.	
Juniperi	ana Scr. iiij.
Cinamomi acut.	
Zingib. albi	
Croci orient.	
Piperis long.	

Macis

Macis	ana Scr. ij.
Leporis combusti	
Sang. Hircini præp.	
Pul. Ceterach.	
Santali rub.	ana Drach. s.
Millepedum præp.	Scr. j.
Sachari albiss.	Unc. iiij.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

IN frangendo & expellendo calculum Renum & Vesicæ, experimentum valdè illustre est. Dosis à Scr. j ad Drach. s. summo manè in vehiculis specificis.

SPEC. DIATARTARI.

℞.	*Tartari vitriolati*	
	Mag. Scammonii	ana Unc. ij.
	Turbith. albi & gum.	
	Hermodact. albor.	ana Unc. s.
	Ol. Caryophyllorum	
	Cinamomi	ana Scr. s.

Misc. & f. pulvis, quem ad usum reserva.

Vires, Usus, Dosis.

IN universo corpore tartarum coagulatum decenter resolvunt, resolutumque cum omnibus defluxionibus podagricis, securè & leniter, in quocunque etiam sint membro, per secessum educunt. Flavam bilem & pituitam copiosè deturbant. Aqua intercute laborantibus mirificè conferunt. Cutis etiam fæditatem Scabiem, Lepram, ceterasque ejus generis sordes eluunt. Insuper Scorbutum curant, & juncturarum dolores mitigant. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. præsertim in robustioribus.

SPEC.

SPEC. DIACRYSTALLI.

℞. *Carnis mammillarum vaccæ pinguis, ruffæ, juvenculæ, in vino coctæ & in furno exsiccatæ,* Unc.j.
Piperis longi Drach.v.
Crystallorum præp. Unc.s.
Margaritar.præp. Drach.ij.
Sem. Borraginis
Fæniculi
Lactucæ
Nigellæ ana Drach. j.
Rad.Hirci barbulæ
Cardui lactei
Rapunculor. ana Drach. s.
Sachari albissimi Unc.iij.

Misce,& fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

MAtrum & nutricum lactantium medicamentum est specificum: Lac enim in illis adeò augent ac emendant, ut omnis inde assumptus cibus ferè lactescat. Propterea ad lactis ubertatem præstandam secretum est. Dosis à Drach.s.ad Drach.j.manè, meridie & vesperi, in cibo, jusculo, seu in aq.Card.Mariæ, vel in aliis convenientibus vehiculis.

SPEC. DIASUCCINI.

℞. *Succini albi præp.* Unc. s.
Mag.Corallorum rub.rosat.
Nuc.Moschat.tost.
Boli rub.oriental.
Smaragd. præp. ana Drach.ij.
Croci Martis per reverberationem fact.
Sang. Draconis ana Drach. js.

Styracis calamitæ	
Cornu Cervi ust. præp.	
Laudani Opiat.	ana Drach. j.
Antheræ Rosarum	
Sem. Plantaginis	
Flor. Papav. errat.	ana Drach. s.
Caryophyllorum	
Croci orient.	
Cinamomi	
Macis	ana Scr. j.

Misc. & f. pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

VIscosos & tartareos Sales, intestina erodentes, & a vi fluorem sollicitantes, compescunt & obtundun Hinc omnibus Dysenteriis sanguinisque profluviis m ximè medentur. Dosis à Scr. j. ad Drach. j. in vehicul appropriatis.

SPEC. DIACRETÆ.

℞.	*Cretæ albæ cum aq. Rosar. præp.*	Drach. iij.
	Nuc. Moschat.	Drach. js.
	Rad. Glycyrrhiz.	
	Sem. Cydoneorum	ana Drach. j.
	Boli rub. orient. præp.	
	Corallorum rub. præp.	ana Drach. s.
	Lap. Carpionis cum aq. plantag. præp.	
	Macis parum tosti	
	Mastichis electi	
	Croci orient.	ana Scr. j.
	Sachari albiss.	Unc. iij.

Misce, & f. pulvis subtilissimus.

Vires

Vires, Usus, Dosis.

CAtholicon est in orexi seu ardore ventriculi: Hæ enim species hanc dynamin habent, ut adversentur ebullitioni flavæ bilis & sublimato in orificium ventriculi tartaro, quem efficaciter resolvunt & præcipitant. Dosis à Drach.s.ad Drach.j.in paroxismo: Medicamenta enim in hoc casu sunt adhibenda, quandocunque orexis urit, tamdiu donec cesset.

SPEC. DIABORRACIS.

℞.	*Borracis Venet.*	Unc. s.
	Cassiæ lignea	
	Croci orient.	ana Drach. j.
	Ras. Lig. Sabinæ	
	Succini alb. præp.	ana Drach. s.
	Oss. de Corde Cervi	
	Visci quercini	
	Flor. Cheiri	ana Scr. j.

Misc. & fiat pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

MUlieribus, quæ nequeunt parere, seu quæ in partu periculosè laborant, felicissimè offeruntur: Ad partum enim facilitandum, secundinas retentas & fœtum mortuum ejiciendum, præsentissimum est remedium. Dosis à Scr. j. ad Scr. ij. & Drach. j. in aq. Cinamomi, vel Flor. Cheiri, vel Artemisiæ, seu in vino albo generoso.

SPEC. DIATEREBINTHINÆ.

℞.	*Terebinthinæ in aq. Citri bis lotæ*	Unc. ij.
	Mag. Scammonii	Unc. j.
	Turbith. alb. & gum.	Drach. vj.
	Tartari vitriolati	
	Hermodact. alb.	ana Drach. iij.

Spec. Lithontrib.	Drach.ij.
Croci orient.	
Macis	ana Scr.j.
Sachari violat.tabulat.	Unc.iiij.

Misc.& f.omnium pulvis, cui adde Ol.Anisi, Aurantior.Caryophyllor.Cinamomi,Fæniculi, ana Scr.s. Denuo misce,& ad usum repone.

Vires, Usus, Dosis.

IN Arthritide, Colica, Conorrhæa, Dysuria, Strangulria, Renum & Vesicæ calculo, aliisque meatuum urinalium vitiis,&c. præstantissimum est catharticum,& experimentum mirabile. Dosis à Drach.s.ad Drach.js. jure Caponis,vel gallin.vel carnis bub.vel cicerum,aut cerevisia,vel vino calido.Mulieribus offertur in aq.Melissæ,seu bac.Juniperi.

SPEC. DIAMUMIÆ.

℞. *Mumiæ transmarinæ*	
Mag.Lap.Percar.	ana Drach.ij.
Sang.Hircini præp.	
Caryophyllorum	
Spermat.Ceti	ana Drach. js.
Rad.Rubiæ tinct.	
Hirundinariæ	
Tormentillæ	ana Drach. j.
Succini albi præp.	
Sal.Corallor.rub.	
Boli rub.or.	ana Drach. s.

Misc.& fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires,Usus,Dosis.

HÆ species valdè mirabiles sunt ad casum: Sanguinem enim coagulatum dissolvunt.Præcipitatos ruptos,

ptos, contusos & fractos juvant, vulneraque interna glutinant, & prohibent apostemata ex casu ab alto. Dosis à Ser. j. ad Drach. j. in aq. Cærefolii, vino generoso, vel in aceto vini.

PULVIS STICTICUS
ejusdem ferè efficaciæ.

℞.	*Rad. Hirundinariæ*	Unc. j.
	Rhabarbari electi	
	Mumiæ transm.	ana Unc. s.
	Laccæ rub.	
	Sper. Ceti	ana Drach. ij.
	Boli armen. præp.	
	Terræ sigillat.	ana Drach. j.

Misce, & fiat pulvis. Dosis eadem.

ALIUS PULVIS STICTICUS
valde efficax.

℞.	*Sper. Ceti*	Unc. j.
	Terræ Sigillat.	Unc. s.
	Bol. Armen.	
	Sang. Dracon.	
	Lap. Hæmatit.	ana Drach. ij.
	Oc. Cancri præp.	Drach. j.
	Rad. Angelicæ odorat.	
	Rhapontic.	
	Rhabarbar. elect.	ana Drach. s.

Misc. & f. pulvis. Cujus Dosis est Drach. s. in vino calido, exspectando sudorem, sic per vulnera exit, & operatur.

SPEC. DIAOLIBANI.

℞.	*Rad. Pæoniæ debitè collect.*	
	Ireos florent.	ana Drach. iij.
	Olibani optimi	Drach. j.
	Corn. Alcis s. igne calc.	

Mag. Cranei microcosmi
Croci oriental.
Visci quercin. ana Drach. j.
Sachari penidii Unc. ij.
Misc. & f. pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

IN metu Epilepsiæ, Apoplexiæ, Catarrhi suffocativi; Tussi, Cardiaca, & in omni subito morbo & pericul so aliquo accidente, infantibus & pueris offeruntur. C rebrum enim & Cor confortant, ab iisque omnem irr entem & peccantem materiam longè propellunt. Do à Scr. s. ad Scr. j. per se, vel in lacte materno, aut alio co veniente liquore.

SPEC. DIATABACI.

℞. *Tabac. Ind. cum Ol. Anisi præp.* Unc. s.
Rad. Hellebori alb.
Lilior. convall.
Pyrethri ana Drach. s.
Gran. Pæoniæ mar.
Flor. Lavendulæ
Roris marini
Majoranæ
Origani ana Scr. j.
Piperis longi
Gum. Peruviani
Agarici trochisc.
Gallæ Moschat. ana Scr. s.

Vires, Usus, Dosis.

DE his speciebus parum per nares attrahitur, tunc sta tim frequentissimis sternutationibus cerebrum be nign

nignè expurgant, & in omnibus capitis doloribus, Catarrhis, Vertigine, Epilepsia, narium exitura & obstructionibus, quam maximè valent: Excrementa enim tam crassa quam putrida copiosè educunt, cerebroque robur reddunt. Dosis manè Stomacho jejuno quantitas unius ciceris, quæ naribus attrahatur.

SPEC. DIAMAJORANÆ.

℞.	*Flor. Liliorum convall.*	Unc.s.
	Herb. Majoranæ cum proprio Oleo prius irrorat.	Drach.ij.
	Lig. Aloes ponderos.	Drach.j.
	Cubebarum opt.	Scr. j.
	Ambræ grisea	Scr. s.

Misce, & fiat pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

IN omnibus morbis & affectibus, ubi sternutatione opus, speciebus hisce felicissimè utimur: Supra modum enim totum Caput à crassis & pituitosis humoribus liberant, cerebrumque simul & organa sensuum mirè confortant. Dosis manè in aurora Pisi magnitudo naribus attrahenda.

SPEC. DIABALAUSTIÆ.

℞.	*Balaustiarum*	Drach.vj.
	Rad. Caryophyllatæ	
	Cyperi rotund.	
	Mastichis elect.	
	Terræ Sigillat.	
	Caryophyllorum	

Sandaracæ	
Cort. Citri	
Rorismarini	ana Unc. s.
Corallorum præp.	
Succini albi	
Flor. Pæoniæ	
Rosarum rub.	
Olibani	ana Drach. iij.
Nuc. Moschatæ	
Sem. Myrtillor.	
Coriand. præp.	
Santali Citrin.	
Lig. Sassafras	
Cubebarum	ana Drach. ij.

Misce, & f. pulvis, saturæ coronali inspergendus.

Vires, Usus, Dosis.

IN Phthisi, Hectica, Febribus aridis & dolore capitis purgato alvo, ad sistendum, exsiccandum catarrhos & confortandum cerebrum, tutò capitis summo vertici, vel in loco saturæ coronalis noctu ante somnum inspergun tur. In causa autem frigida & humida caput prius inun ge opt. Spir. Vini salviato, & postea insperge pulverem, & mira videbis: Quia impediunt descensum aquositatis cerebro ad nares, oculos & subjectas partes.

SPEC. DIABUGLOSSÆ.

℞.	*Cort. rad. Buglossæ*	Unc. j.
	Elæosach. Citri	Unc. s.
	Rosarum rub. exsic.	
	Santali citrin.	
	Lig. Aloes	ana Drach. iij.
	Mag. Perlarum or.	

Coral-

Corallorum rub. ana Drach.j.
Oss. de corde Cervi
Croci or. præp. ana Drach.s.
Gallæ Moschat. veræ
Auri potab. nost.
Spicæ Indic. ana Scr.j.
Ol. Rosarum veri
Cinamomi ana Scr. s.
Man. Christi simpl. Unc.iij.
Misce, & f. pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

SUmma est medicina, ubi aliquis quasi ad desperationem ex nimia tristitia venit: Propterea valdè efficax est contra affectus melancholicos, cardiacos, &c. Medicamentum enim est Cordi amicissimum. Omnia membra, ex quibus virtutes animales & naturales manant, confortant, nec non Cordis tremorem & syncopen emendant. Malas cogitationes compescunt. Solitarios juvant. Bonos mores gignunt. Falsas imaginationes abolent. Lætitiam afferunt. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. & Drach. j.

SPEC. DIAPLANTAGINIS.

℞. *Suc. Glycyrrhiz. ext.*
Terræ Sigillatæ ana Unc.j.
Rad. Plantaginis
Serpentariæ
Tormentill. ana Drach. vj.
Mag. Croci Martis per reverberationem fact.
Corn. cervi usti & præp.
Cort. Granator. ana Unc.s.
Lap. Hæmatitis
Nuc. Moschatæ

Flav. cort. Aurant.
Caryophyllorum ana Drach.iij.
Fol.Salviæ acut.
Visci quercini
Balaustiar. ana Drach. ij.
Mag.Corall.Berberisati nost.
Sem.Plantaginis
Priapi cervi ana Drach.js.
Pellic.inter.ventriculor.Gallinar. præp.
Sang.Draconis
Hypocist.

Misce,& fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

CIbum fastidientibus, sanguinem mingentibus & e
spuentibus, nec non mulierculis urinæ incontine
tia post partum correptis miraculosè auxiliantur. Dyse
tericis, Cæliacis, Mensibus superfluis, Intestinorum, R
num, Vesicæ fistulæque urinariæ exulcerationibus mi
subveniunt, & inde omnia nata symptomata tollunt. D
sis à Drach.s.ad Drach.j.manè Stomacho jejuno, vel an
te prandium & cœnam, cum Unciis duabus vel tribus li
Stil. plantaginis.

PULVIS POLYCHRESTUS IMPERIALIS.

℞. *Sachari candi alb.* Unc.vj.
Croci Martis cum aceto Tamarindor.præp. Unc.js.
Sem. Fæniculi
Ras. Eboris
Tali Leporin.
Oc.Luciorum
Cardamom.min.

Zin.

Zingiber. alb.
Nuc. Moschat.
Rad. Glycyrrhiz. ana Unc. j.
Cinamomi acut.
Cubebarum
Cassiæ ligneæ
Spicæ nardi
Rad. & Sem. Pæoniæ
Visci quercin.
Acidi Tartari ana Unc. js.
Mag. Lap. carpionum
Oc. cancror.
Lap. Percar. pisc.
Croci oriental.
Sem. Petroselini
Apii
Castorei veri
Caryophyllorum
Myrrhæ rub.
Lig. Aloes
Herb. Hyssopi
Ol. Anisi ana Drach. ij.
Mag. Perlar. or.
Corallor. rub.
Macis elect. ana Drach. j.
Fol. Auri Ung. Num. xxxxi j.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

EX Stomacho & intestinis flatus, ventositates omnesque peccantes homores expellit, illumque confortat, & à putredine præservat. Cerebrum roborat. Memoriam auget. In Epilepsia, Tremore & debi-

debilitate Cordis, difficultate Pectoris, Tussi, Asthmate, &c. multum præstat. Mœrores mulcet. Tristes exhilarat. Timidos animat. Hepatis & Lienis obstructiones reserat. Tympanitem, à causa frigida ortam, & multos alios morbos longos & obfirmatos curat. Hæmorrhoides fluentes sistit. Sanguinem purificat. Vividum colorem procreat. Matricem frigidam calefacit. Uteri intemperiem corruptam emendat. Renes & Vesicam purgat. Calculos, arenulas & saburram ejicit. Meatus aperit, & Stranguriæ auxiliatur. Dosis omni manè Cistaneæ quantitas per se, vel in liquore appropriato, morbum propriè respiciente.

PULVIS DYSENTERICUS.

℞.	*Corn. cervi spagyricè calc.*	Unc. j s.
	Sem. Sanguinariæ	
	Plantaginis	ana Unc. j.
	Cretæ alb. præp.	
	Nuc. Moschat.	
	Visci quercin.	
	Nitri præp.	ana Unc. s.

Misc. & f. pulvis subtilissimus, qui in omnibus fluxibus ventris etiam valdè efficax est. Dosis Drach. j. in vehiculis appropriatis & specificis.

SPEC. DIALAURI.

℞.	*Bac. Lauri, massâ panis circumducti & in clibano debitè excoct. exsiccat. & pulverisat.*	Unc. j.
	Flor. centaur. min.	Drach. iij.
	Rubiæ tinctor.	
	Myrrhæ rub.	
	Croci or.	ana Drach. j.
	Aristoloch. rot.	

Cam-

Cardamom.min.
Galang.min. ana Scr. ij.
Sal.Cinamomi
Sabinæ ana Drach. s.

Misc.& fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

OBstructiones in utero egregiè aperiunt, nec non suppressos menses mirificè cient ac largiter movent. Dosis à Drach.s.ad Drach.j.in decoct.Sabinæ cum Croco or.aut vino vel cerevisia bis de die, manè jejuno ventriculo, vel vesperi ante ingressum lecti, hocque continuetur, donec menses prorumpere incipiant.

SPEC. DIAJALAPPÆ.

℞. *Rad.Jalappæ opt.& resinosæ* Unc.ijs.
Acidi Tartari Scr.xj.
Ol.Cinamomi Scr. j.

Misc.& f.pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

PEr inferiora sine molestia purgant, & sanguinem mundificant. Pituitam ipsam, atramque bilem, flatus ceterasque impuritates omnes è toto corpore educunt, & obstructiones tollunt: Ob id doloribus articulorum & hypochondriorum prosunt. Dosis à Drach.s.ad Scr.ij. & Drach. j.præsertim in robustioribus.

SPEC. DIAESULÆ.

℞. *Rad.Esulæ min.præp.*
Rot.Diarrhod.Abb. ana Unc.js.
Hellebori alb.præp.
Sal.Vitrioli alb. ana Drach.iij.

Sue.

Suc. Glycyrrhiz. ext.
Santali rub. ana Drach. j.
Cinamomi acut.
Ireos florent.
Zingib. alb. ana Scr. ij.
Mag. Perlarum orient.
Corallor. rub. ana Scr. j.
Elæosach. Caryophyllor.
Nuc. Moschat.
Mastichis ana Scr. s.
Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

VAlent in omnibus Febribus quotidianis, tertian ardentibus, omnibusque generis infirmitatib Ventriculi, defluxionibus salsis, Lumbricis, doloribdorsi, Synovia, Peste, morbis epidemicis, Venenoru hauftorum symptomatibus, per alvum enim & superio noxia quæque, sine molestia, expurgant. Dosis à Drach ad Drach. j.

SPEC. STOMACHICÆ.

℞. *Acidi Tartari* Unc. iij.
Galang. min.
Zingiberis alb.
Piperis long. ana Drach. js.
Cardamom. min.
Nucis Moschat.
Caryophyllorum
Zedoariæ ana Drach j.
Rad. Glycyrrhiz. ras.
Fol. Salviæ acut.
Sem. Rutæ
Carui

Olibani ana Drach.s.
Ol. Cinamomi Scr. j.
Mentæ crisp.
Aurantior.
Anisi ana Scr.s.
Sachari candi alb, Unc.viij.
Misc.& f.omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

COllapsam appetentiam excitant. Tormina,vomitiones & singultus sedant. Asthmaticos juvant. Crapulam arcent. Flatuositates expellunt. Ventriculum corroborant , & alimenti distributionem accelerant. Dosis manè & vesperi à Drach.s.ad Drach.j.ex vino malvatico vel alio generoso.

PULVIS STOMACHICUS NOBILIS.

℞. *Cremoris Tartari albiss.& Spir.Vitrioli aliquoties irrorati & iterum exsiccati* Unc.ij.
Corn.Cervi spagyricè calc. Unc.s.
Sal.Lap.Percar.pisc.
Oculor. Cancri ana Drach. ij.
Mag.Perlar.orient.
Corallor.rub. ana Drach. j.
Ol.Caryophyllorum
Cinamomi ana Drach. s.
Sachari candi alb. Unc.viij.
Mis.& fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires,Usus,Dosis.

UTi nobilis est, ita quoque Cor,ventriculum & reliqua nutritionis membra nobiliter confortat. Stomach

machi cruditatem & mollitiem corrigit, pituitæque putredinem prohibet. Nephriticis, Lienosis cibumque vomentibus summoperè succurrit. Præterea illos, qui ex diuturno aliquo morbo penitus extenuati sunt, plurimamque inde imbecillitatem contraxerunt, admodum corroborat. Dosis à Drach.s. ad Drach.j. in vehiculo appropriato.

SPEC. PLEURITICÆ.

℞.	*Sulphuris sublimati*	Drach.ij.
	Sem. Card. Mariæ	
	Bac. Lauri excort.	
	Visci quercini	
	Rad. Zedoariæ	
	Olibani	ana Drach.js.
	Ras. Dentis Verris aprugni	
	Dent. Lucii acut.	
	Flor. Papav. errat.	ana Drach.j.

Misce, & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

MAgnum secretum est contra dolores pleuriticos sive puncturas laterum, ubi præ vehementia ægrotantes ferè exanimantur. Dosis à Drach.s. ad Drach.j. in aq. Hyssopi & Fæniculi, vel in aq. flor. papav. errat. mane, meridiè & vesperi, vel sint ad minimum quinque horæ inter quamlibet dosin. Offeruntur etiam in aq. Scabiosæ, &c. Deo favente, certissimè liberant.

PULVIS PLEURITICUS secretissimus.

℞.	*Flor. Sulphuris comp.*	Unc.s.
	Ras. Dentis Verris aprugni	
	Mand. Luciorum	ana Drach.ij.

Flor.

Flor. Papaveris rhead. Drach. j.

Misc. & f. pulvis subtilissimus, qui usui reponendus.

Vires, Usus; Dosis.

CUrat, non sine adstantium stupore, pleuritidem, omnes putrefactiones, Apostemata, &c. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. cum aq. è flor. Chamom. & Papav. errat. ana s. q. Efficacius remedium non datur, & certè hic solus haustus sacharo cand. alb. parum edulcoratus & aliquot vicibus exhibitus admirabile præsidium est; quo sæpissimè ipse sum usus, & semper post Dei providentiam, integræ sanitati restitutus.

SPEC. FEBRIFUGÆ.

℞. *Cochlear. long. testar. præp.*
Corn. Albis. s. igne calc. āna Unc. j.
Sal. Centaurii min.
Card. benedict.
Absinthii āna Unc. s.
Tartari vitriolati
Mag. vitrioli āna Drach. iij.
Calami aromat.
Nuc. Moschat. āna Drach. js.
Sem. Hyperici
Caryophyllorum
Piperis longi
Camphoræ āna Drach. j.
Rad. Tormentillæ
Aristoloch. rot.
Zedoariæ
Ostrucii āna Drach. s.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus; Dosis.

ABigunt ferè omnes Febres, præcipuè autem quotidianam, tertianam, & sæpè quartanam curant.

Dantur instante paroxismo vel paulò ante in aq. Card. benedict. & Centaur. min. vel in haustu cerevisæ calidæ. Sed patiens in lecto se contineat & sudet. Dosis à Scr. ad Drach. j. habitâ ratione virium sumentis.

PULVIS FEBRILIS, probatus.

℞.	*Calami aromat.*	Unc. j.
	Rad. Gentianæ	
	Aristoloch. rot.	
	Zingib. alb.	ana Unc. s.
	Sal. Centaur. min.	
	Card. bened.	
	Absinthii	ana Drach. iij.
	Corn. cervi s. igne calc.	
	Sem. Calendulæ	
	Camphoræ	ana Drach. j.
	Sachari cand. alb.	Unc. js.

Misc. & f. pulvis subtilissimus, Dosis à Drach. s. Drach. j. in vehiculis appropriatis & specificis.

SPEC. NEPHRITICÆ.

℞.	*Cryst. Tartari*	Unc. j.
	Mag. Lap. Percar. pisc.	
	Ocul. Cancri	ana Unc. s.
	Sal. Succini alb.	Drach. j.
	Ol. Anisi	Scr. j.
	Sachari cand. alb.	Unc. iiij.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

NEphriticos oculariter juvant: Tartarum enim lapidem Renum & Vesicæ, ceterorumq; membro-

rum frangunt, atque inde mirabiliter expellunt Ischuriam, Dysuriam, atque Stranguriam citrà molestiam solvunt: Propterea pro secreto magno, contra omnia calculorum genera habeantur & meritò existimentur. Dosis in præservatione Scr. j. singulis Lunæ quadris in aq. Nephritica nost. vel alia convenienti. In curatione autem Dosis à Drach. s. ad Drach. j. in aq. jam dictâ, vel in aq. Ononidis, Petroselini, Hederæ ter. &c.

SPEC. CHOLAGOGÆ.

℞.	*Mag. Scammonii*	Unc. j.
	Spec. Diarrhod. Abb.	Unc. s.
	Acidi Tartari	Drach. ij.
	Rosar. rub. vitriolat.	
	Flor. Centaur. min.	ana Drach. j.

Misc. & f. pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

FLavam bilem citra molestiam educunt, ut simul obstructiones liberent. Præterea calori, dolori & siccitati Stomachi, Cordis, Epatis, Pulmonum, articulorum & viscerum conferunt, ipsorumq; robur augent & conservant. Cardiacis, Tabidis, morboque Regio correptis maximè subveniunt. Propinantur etiam feliciissimè senibus & debilibus in febribus ardentibus & tertianis &c. Dosis à Drach. s. ad Scr. ij.

PULVIS CARMINATIVUS.

℞.	*Sem. Cymini cum aceto præp.*	
	Carui	
	Anisi	ana Unc. iij.
	Zingib. albi	Drach. vj.
	Macis	Drach. iij.
	Croci orient.	Drach. j.

Misc. & f. pulvis &c.

Vires, Usus, Dosis.

FLatus intestina distendentes, & acrimonia sua t
mina concitantes, egregiè discutit, quotidiè,
tempore necessitatis, per aliquot dies continuando, &
prima mensa, cum jure aliquo, vel cum aq. Fæniculi,
Anisi, seu Carminativa nostra calidè sumptus. Do
à Drach. j. ad Drach. js. Ist ein gut Suppen-Pulver.

FARINA VIRGINEA NOBILIS.

℞. *Silicum fluviat. Calcinat. & pulverisat.* Unc. vj.
Lap. Pumicis præp. Unc. j.
Rad. Ireos flor. Unc. s.
Gallia Moschat. vera Drach. j.
Ol. Stil. Rosarum Scr. j.

Misc. & f. omnium pulvis instar farinæ, quem
usum repone.

Vires, Usus, Dosis.

AD dentes in una quasi hora dealbandos, & à ta
taro corrosivo purgandos medicina nulla exce
lentior est, si quotidiè hoc pulvere sæpè hinc inde cu
lacinia lanea diligenter fricentur atque tetantur: Pro
pterea tam gynæceis, quam reliquis omnibus, hunc
silicibus suavissimum & venustissimum pulverem com
mendare volui.

PULVIS HÆMORRHOIDALIS.

℞. *Farin. volatilis* Unc. j.
Croci Martis Unc. s.
Boli rub. or. præp.
Rad. Verbasci ana Drach. ij.
Hermodact. alb. per noctem in Sp. Vini infus
& iterum exsic.

Flor.

Flor. Papav. errat.
Sachari cand. alb.
Sang. Draconis
Olibani ana Drach. js.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus, qui tactum effugiat.

Vires & Usus.

SAnguinem hæmorrhoidalem superfluè emanantem citò restringit, vehementemq; dolorem mirè sedat: Tempore autem usus, ex albumine ovi & stuppa cannabina, vel ex lana tipharum & butyro veteris. sale, f. cataplasma, cui de hoc pulvere parum inspergatur, & ita hæmorrhoidibus apertis & fluentibus apponatur.

PULVIS DE VERBASCO.

℞. Herb. Verbasci viridis q. v. infer crucibulo, quantum capit, ad summum usque infarciendo, deinde alio contege crucibulo, luto bene muni, igni impone, ut nigrescat eô, non verò in cineres abeat, cumque videbitur satis esse, crucibulum fac refrigescere, atram illam materiam exime, & in subtilem pulverem redige. Postea

℞. *Hujus pulveris nigri* Unc. j.
Rhabarbari elect. Drach. ij.

Misc. & f. pulvis subtilissimus.

Vires & Usus.

CErtum hic pulvis est experimentum contra condylomata & hæmorrhoidas cæcas. Cujus usus est, ut ægrotus de indusio viri trito sumat particulam, eamque in uno latere paululum propria sua saliva humectet, de pulvere hoc aspergat, & ita super imponat toties repetendo, quoties opus, donec condylomata & hæmorrhoides illæ cæcæ dispareant, quod brevi tempore evenit.

PULVIS PROBATUS, AD

Exsiccandum, consolidandum, & sanandum variolas.

Farin. Lentium	
Fabarum	
Orobi	ana Unc. s.
Lithargyrii	
Cerussæ lotæ	
Tutiæ præp.	
Nihil. alb.	ana Drach. ij.
Conch. marin. præp.	
Rad. Arundinis	
Croci Metallor.	ana Drach. j.

Misc. & fiat pulvis subtilissimus.

Vires, Usus, Dosis.

VAriolæ quando maturæ sunt, post septimum diem rumpantur cum acu aureâ seu argentea, auferatur humiditas, ne corrodat carnem, & faciat foveas, vel scindantur cum forcipe, ne iterum claudantur; deinde aspergantur prædicto pulvere, qui etiam spargatur in lectum patientis.

PULVIS CYPRIUS
Violato-Rosatus.

℞.	*Rad. Ireos florent.*	Unc. iiij.
	Flor. violar. recenter. exsis.	Unc. j.
	Rad. Cyperi rotund.	Drach. ij.
	Ol. Stil. rosar. veri	Drach. js.

Misce & f. omnium pulvis subtilissimus, quia tactum effugiat.

Vires, Usus, Dosis.

EX hoc suavissimo & valdè delectabili pulvere replentur pulvilli, quibus variè utuntur in gynæceis. Per se etiam

etiam crinibus, vestibus, pellibus, linteis, &c. inspersus, longe lateque jucundissimum suum odorem, cerebrum & omnes Spiritus recreando, eructabit. Invenimus pro iis, qui à Moscho, Ambra, Zibetha, & aliis valentioribus odoriferis planè abhorrent.

PULVIS CYPRIUS
Moschatus.

℞.	*Styrac. calamit.*	Unc. v.
	Rad. Ireos florent.	Unc. iiij.
	Rosarum rub. opt.	
	Anthos	ana Unc. ij.
	Bentzoini	
	Cass. Lignea	ana Unc. j.
	Ladani puri	
	Calami aromat.	
	Caryophyllorum	
	Sem. Coriand.	ana Drach. vj.
	Lig. Aloes ponderos.	
	Santal. citrin.	
	Rhodini	ana Unc. s.
	Cort. Aurantior. & Citri	
	Cyperi rotund.	ana Drach. iij.
	Origani Cret.	
	Majoranæ	ana Drach. ij.
	Flor. Lauri	Nro. iij.
	Flor. Lavendulæ	
	violarum	ana Drach. js.
	Moschi Laudat.	Drach. s.
	Ambræ gris.	Scr. j.

Misce & fiat pulvis vestimentalis; cujus usus jam dictus.

PULVIS MANUALIS ODORATUS.

℞.	*Magmat. Exp. Amygdal. dulc. & amarar.*	ana Unc. iij.
	Farin. Fabarum	Unc. ij.
	Oryzæ albiss.	
	Lupinor.	ana Unc. js.
	Rad. Ireos. florent.	Unc. j.
	Rosarum alb. exsic.	
	Bentzoin.	ana Drach. vj.
	Sal. Tartari alb.	
	Cretæ alb. præp.	
	Spodii præp.	
	Sper. Ceti rec.	ana Unc. s.
	Ol. Lig. Rhodini	Scr. j.
	Caryophillorum	
	Lavendulæ	ana Scr. s.

Misc. & f. omnium pulvis seu mixtura.

Vires & Usus.

HIc pulvis manus albas ac nitidas, cutimque mollem reddit, si frequenter eo laventur & fricentur.

PULVIS ERYSIPELATODES.

℞.	*Farinæ volat.*	Unc. vj.
	Plumbi usti	
	Boli rub.	ana Unc. ij.
	Mastichis elect.	
	Olibani	
	Cerussæ	ana Unc. j.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires & Usus.

HIc pulvis chartæ cæruleæ inspersus, & in Erysipelate, sive igne sacro, per se, loco affecto applicatus, vix

vix dici potest, quam huic malo sit singulare remedium; præmissis tamen universalibus, nec non venæ sectione præcedente, præsertim in robustioribus.

SECTIO VI.

De

CATAPOTIIS SEU PILULIS.

PILULÆ ALOEPHANGINÆ nostræ.

℞.	*Fol. Senæ elect. s. stip.*	Unc. iiij.
	Rad. Polypodii	Unc. j.
	Hellebori nig.	Unc. j.
	Troch. Alhandel	
	Cort. Arantiorum	
	Sem. Cymini	ana Unc. s.
	Herb. Absinthii Pont.	
	Card benedict.	
	Chamæpytios	
	Veronicæ	ana M. j.
	Flor. Cordialium	
	Stæchad. Arab.	
	Centaur. min.	
	Chamomillæ	ana P. iij.

Crassiusculè contusa infundantur in vini Malvat. s.q. coquantur igne lento ad remanentiam tertiæ partis, deinde exprimantur fortiter & colentur; in Colaturæ Lib. ij. solve:

Aloes succocitrinæ optimæ & perlucidæ. Unc. xvj.